

magnitudinē pro annis domini 120. Nam numerus compertus pro annis 1520, inferior est numero cōperto pro annis domini 120. Pro datis ergo duabus aeris annuarū magnitudinū differentia succinctius quā ex propositione xxxiii, numerata est, qđ hactenus facere oportebat.

IOANNIS VERNER I NVREMBERGEN  
sis de Motu Octauæ sphaeræ Tractatus secundus in  
quo Alfonsinæ tabulæ de eodem motu ostens  
dunē iustis repræhensionibus non carere.

REPRÆHENSIO PRIMA.



Rimū itaq; Alfonsi canones seu tabulæ super motibus octauæ sphaerę argui merito videntur. Ex falsa namq; compositæ sunt hypothesi. Supponūt enim octauæ sphaeræ motum dominicæ incarnationis tēpore fuisse velocem, velut id perspicuū est, ex radicibus & motibus octauæ sphaeræ quos eēdem Alfonsi tabulæ continent. Quia subiciunt pro aera incarnationis motum accessus & recessus viii, sphaerę signorę physicorę v, gra, lix, m, xiii, fere, qui accidit prope summitatē parui circuli septētrionalem. Quoniā autem velox motus octauæ sphaeræ accidit capite arietis eclipticæ eiusdem sphaeræ octauę constituto prope summitates sui parui circuli, nam prope sectiones eiusdem eclipticæ & parui circuli ipso capite arietis collocato, necesse est motum octauæ sphaeræ esse tardissimū velut id ostensum fuit primi tractatus propositione septima, perq; ipsius corolariū primū. Et eundem octauæ constat sphaeræ motum, incarnationis tempore fuisse penetardissimū velut id in propositione xiii, primi tractatus eiusdem luce clarius demonstratū est. Ergo dicti canones ipsi<sup>9</sup> Alfonsi ponentes motum octauæ sphaeræ incarnationis tēpore & proximis eidem incarnationi aeris fuisse velocem merito